



F. A. J. T.

CAP. I.

PRÆPARATIO.

§. 1.



Ein leges disputantium, ac receptam hodiè consuetudinem impingere videamur, hâc parasceve, nostras ordiri Theses, volumus.

§. 2. Exhibet autem ista, pluvix prodigiosæ Etymologiam, Homonymiam & Synonymiam. Hæc enim plerique, ubi opus est, & commodè fieri potest, præmittere solent.

§. 3. Pluvia est à pluo. Hoc, à Græco πλύνω Lavo, Effundo, Madefacio. Alii deducunt à verbo βλύω Scaturio, Mano, Profundo. Quod ab Hebræo נַחַל Fluvius, Aquæ ductus, Progressus aquarum, dictum volunt. *Becm: de Or: lingu: Lat: p. m. 396. Lex: Etym: Voss: p. 396. Isidoro teste, pluvias dictas esse quasi fluvias, eò quod fluant, refert Garcaus p. m. 91. Comm. Job. Magir. in Phys: lib. 4. Cap. 6. p. 357.*

§. 4. Prodigium, dictum volunt à prodigo, quatenus *Prodigiis,* procul ago significat; cum, prodigiò quodam animadversò, DEUM exoremus, ut istud porrò, vel procul agat, i. e. avertat, averruncet. *Corvin: Lex: p. m. 33. Becmannus tamen in Or. Lingu. lat: p. m. 689.* à prodigo, i. e. quod ante agatur, & agat mortales in præcognitionem futuri, derivat. Licentiosius *Festo & Ciceroni, L. I. 93. de Divinatione,* à prædicendo est dictum. Vid. *Fungeri Etymolog. p. 932.*

§. 5. Sumitur autem pluvia (i.) Impropiè, pro aqua *Homonymia* Nilotica sive Nili. Nilus enim, cum in Ægypto rari admodum *pluvia.* existant imbres, pluvix vices sustinere dicitur. Vid. *Coll: Co-*
nimbr;